



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa  
Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones  
Occurrentes & Funebres**

**Tylkowski, Wojciech**

**Oliva, 1686**

De Eodem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](#)

## De Eodem Funere Fragmentum.

**C**um esset mortuus Lazarus Martha accepit solarium;  
Qui credit in me non morietur in aeternum. Hec verba vo-  
bis moestii superstites explicabo.

Onnes affirmant necesse esse mori. Theologus Hebr.  
9. Statutum est hominibus semel mori. Ps. 88. Quis est homo qui  
vivet, & non videbit mortem? & Ps. 38. Veruntamen in imagine  
porttransit homo. Job. 14. Homo fugit velut umbra, sicut mercen-  
tii dies ejus. Expectat solutionem. Ex Philosophis Trismegi-  
stus. Homo est DEUS sed mortalis. Plato. Homo est lusus locuplu-  
tiorum. Logici. Homo est Enthymema brevis. Physici. Homo  
est ens variable, mobile. Matthesius. Homo est sphæra mobilis.  
Poëtae fingunt tres Parcas. Habet in se homo mortis secretari-  
am, Materiam primam, Natura nos clamat mortales. Matth.  
6. Considerate lilia agri. Isai 6. Omnis caro fœnum. Ambr. Ro-  
tam spelta sep̄us ut humana fragilitatis speculum. Rosis ut Basil.  
hexam 5. Spinæ post peccatum Adæ accesserunt.

Sed mors est triplex. 1. Secundum carnem. Ps. 102. Homo  
sicut fœnum dies ejus tanquam flos agri. 2. Peccati, Geneeos 2.  
In quacunque hora comedetis, morte moriemini. 3. Aeterna, Luc.  
16. mortuus est dives & sepultus est in inferno. In Morte triplex  
terror 1. Ipsi⁹ mortis 1. Reg. 15. Siccine separas amara mortis  
2. Judicij Job. 9. Verebar omnia opera mea Domine, sciens qua  
non parceres delinquenti. 3. Damnationis Ps. 6. In inferno qui  
confuebitur tibi? Noverat se mortalem N. in eo fuerunt sicut  
in flore, Color generis, Odor meritorum, Proportio virtutis  
bonae. Merita sunt odor. 1. Cor. Christi bonus odor sumus in omni  
loco, demeritus Regem defunctus, Patriam. Proportio Juventu-  
tis studet. In Conjugio Proportio, Amoris, Honoris, Veri-  
tatis,

tatis. Considerabat proportionem, cum DEO, multa bona fecit, proportionem cum sacerdotibus, eos honorando. Redamus jam illum Christo.

### In Funere cuiuslibet Fragmentum.

SANCTUS Th. Villan. Conc. de S. Ildef. *Insidiosus latro mors*  
*N*est qui nec prævideri potest nec fugari: qui si dormientem inveniatur singularis, si vigilantem dissimulat, salve inquit o amice, salve,  
sum legatus summi Regis, te ad nuptias vocat. Quare Christus  
vult nos similes esse hominibus expectantibus Dominum  
Iuum. Quid non auferet homini iste latro nisi vigilaverit?  
Ipse etiam Dominus, ut Bern. Dom. i. post Epiph. serm. i.  
*Veniet expectantibus tanquam revertens a nuptiis inebriatus vi-*  
*nocharitatis & immemor iniquitatum nostrarum. Veniet non ex-*  
*pectantibus revertens a nuptiis tanquam potens et apatus a vino*  
*vere ebrius & immemor miserationum suarum, tunc enim quan-*  
*tum ad illos, obliviscetur misereri DEI, veniet in ira & indigna-*  
*tione tanquam furibundus. Infelix verò est qui dum sanus est,*  
dormit in peccatis: & primò in morte constituit evigilare.  
De talibus S. Th. de Villan. conc. de S. Ildef. Pt. 15. illa verba  
intelligit. *Multiplicata sunt infirmitates eorum & postea accele-*  
*raverunt, non congregabo conventicula eorum de sanguinibus, nec*  
*memor ero nominum eorum per tabia mea. Ita hæc verba S. Th.*  
*explicat l. 2. Hoc est, neque eos a suis languinibus peccatorum*  
*mundabo, nec ero amplius memor eorum. Qued licet omnes me-*  
*tuere debent, præcipue tamen illi qui sunt in dignitatibus,*  
*quorum cura alius incumbit qui alios vel bono exemplo in bo-*  
*num trahunt, vel malo præcipitant in infernum. De Sacerdo-*  
*tibus dixit S. Vincent. Conc. de S. Jo. Bapt. Unus Presbiter*  
*damnat unum populum propter scandalum & detractiones. S.*  
Franc.